

taliter indicto et de verbis taliter prolatis etiam duo talenta denariorum pro emenda.

2.¹⁾ Rubrica de equo calcitroso et mordicante. Si prius per iudicem illi, cuius equus lesionem fecit, denunciatum non est, quod equum, quia mordicans vel calcitrosus esset, custodiret a ledendo, tunc dominus equi potest, si vult, respondere pro equo quod leserit vel non leserit. Si autem pro equo respondere non vult, tunc dominus equi assignabit equum leso, et per hoc satisfecit leso et etiam iudici in emenda. Secus autem esset, si iudex ei prius denunciasset.

3.²⁾ Rubrica de holung. Reus pretermittens precipuum et principale verbum cause in respondendo, scilicet: „Fulistis fractor pacis“, si non premisit exceptionem de beneficio revocationis verborum, quod holung dicitur, se neglexit. Item ille, qui se petiit debere in iusticiam loqui, si hoc non ex proposito, sed ex lubrico lingue fecit absque protervia, tunc habet holung, qua per unum grossum emendata, iteratio³⁾ procedit in causa. Sic sententiatum est in Crumlaw.

4.³⁾ Rubrica de adustione brasei. Braseator ex quo braseum⁴⁾ suum adustum est cum braseo alterius, non tenetur illi, cuius braseum fuit, ad brasei solutionem. Sed si actor, cuius braseum fuit, petierit, braseator iurabit, quod sine dolo et culpa sua hec combustio sit exorta.

5.⁴⁾ De vasis vini rubrica. Iurati de Eywanciez scripserunt sic: „Quamdiu vas vini in potestate venditoris et denuo vasitractoris et ultimo ductoris fore deberet [etc.].“^{h)} Quibus responsum est deffinitive, quod iuxta iura civitatis nostre municipalia conscripta „quodcumque damni⁵⁾ in vase, quamdiu in celario domini vini super lignis, dictis kanthneris¹⁾ iacuerit, acciderit, illud dominus vasis sustinebit. Postquam vero vasitractor de vase per scalas se intromiserit, damnum in vase per negligentiam sui laboris contingens ipse solvet. Et similiter vector, cum vas curru suo fuerit impositum, damnum per negligentiam vecture sue in vase factum ipse secundum iusticiam pacietur.

¹⁾ H]. iterato, aber hier iteratio gemeint.

²⁾ Verbeßert aus braseatorium; braseatorium : : Brauhaus, braseum Braugetreide.

^{h)} Geht hier Schluß oder die häufige Wendung des Schreibers nach solchen Anfragen etc. ¹⁾ Bei Rößler ohne die latinisierende Endung, kanthnyre = Saßlager, tschedysch.

¹⁾ S. o. S. 451.

²⁾ S. o. S. 433.

³⁾ S. o. S. 474.

⁴⁾ S. o. S. 475.

⁵⁾ Das Folgende übereinstimmend mit Schb. I. 154.